Narrantes laudes domini et virtutes eius (scilicet ut in evangelio patuit) et mirabilia eius quae
fecit in destructione diaboli et [illegible] victoria mortis per suam passionem. Et
Suscitavit testimonium in Iacob (i. evangelium in ipso suo) et legem posuit in Israel
Quanta mandavit patribus nostris nota facere ea filiis suis. Ut cognoscat generatio altera filii qui nascentur
et exurgent et narrabunt filiis suis. Hoc fecit deus quia precepit in principio ecclesie praedicari
evangelium et talentum dare ad usuram: ut nullus esset excusatus coram eo
Ut ponant in deo spem suam: et non obliviscantur operum dei et mandata eius ex-
quirant. hec [illegible] verbis [illegible] Ideo deus precepit evangelium
praedicari, ut homo disceret credere et sperare in deum, amare celestia et contemnere
terrestria. Et opera que in carne pro nobis gessit sunt [illegible] in memoria: illa enim
mirabilia augent spem et fidem. Qui enim oblitus est et nihil curat tam
magna que pro nobis gessit deus: nec [illegible] pendet, nec afficitur gratias agit. Vide
ut qui nec credit, nec sperat in deo, et vere oblitus est operum eius: sperat autem in
alia scilicet creaturam, [illegible] creature [illegible] creatori qui est benedictus in secula amen
Si enim respiceret opera Christi et ea estimaret et vere crederet, sine dubio intelligeret
quod sibi in exemplum et testimonium futurorum exhibita essent, et eum vere imitari studeret
credendo et sperando in eum. Et sic illa faciet: omnia spiritualia contemnendo. Nunc
autem quia nihil ad eum pertinet, ita ea negligit: et in sua voluntate mersus
[illegible] obliviscitur quod talia ac tanta deus pro salute eius fecerit: ac sic neque
credit ea pro se esse facta vel non curat scire. Nonne hec est hodie omnium
devotorum querela: quod incarnatio et passio Christi abiit in oblivionem? Et
vix transitorie afficiat: nunquam lacrymis amplior sit memoria. Ipse enim precepit
ut sit signaculum super cor nostrum, [illegible] ut coma nostra esset purpura regis
labia nostra sicut vitta coccinea, et manus myrrham primam distillarent. Et utrumque
postem sanguine eius tingeremus. Et in fenestra cum Rahab vittam coccineam suspenderemus
quoniam hec voluit. ut corde ore manu et toto sensu memoriam passionis eius
haberemus. Tertio Non agere gratias pro redemptione pro morte et cruce sua et
non affici in illis non sapere [illegible] est oblivisci operum dei. O
horribilis oblivio eorum quanta mandavit patribus nostris nota facere filiis suis
Vide igitur quantus est iste fructus in verbis que dicenda nos tangat. Hec enim
sunt mysteria et vera mirabilia dei in Egypto pro nostra liberatione facta. Ut
Ne fiant sicut patres eorum generatio prava et exasperans (i. incredula ac per hoc
[illegible] proterva. Nihil enim ita provocat deum sicut incredulitas. Quia omnis talis
arguit deum mendacii. Quia hoc quod deus dicit et opere testatur, illi dubitant et
non credunt. ac sic eum velut stultum et mendacem reputant. Si enim crederent
Christum veracem esse in verbo et opere suo: quomodo damnarent omnia mundi et ostenderent
spiritualia et celestia: utique amarent eius verba et opera et quererent. Et [illegible] relinquerent
Sed nunc vel non credunt vel si dicunt se credere: facto tamen non credunt
Ideo est vere generatio exasperans et prava (i. incredula et incredibilis. Hec
autem [illegible] faciunt iudei qui nec sunt [illegible] Christi [illegible] et opera credebant

Si enim [illegible] / [illegible] / Christi [illegible] / et non afficitur / [illegible] / [illegible]